



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Carcer.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

rium, sicut & institutio, & sic cenfeo à simili posse vicarium absque speciali concessione, propter idoneitatem rationis, prout supra.

Octavo, capitulum cum auctoritate Episcopi potest novam constituere dignitatem, Hostiens. tit. de const. §. quando constitutio, ver. cum queritur, num: 10.

Nonò, capitulum sede vacante est executor ultimatum voluntatum ad pias causas, Cov. in c. Ioannes, nu: 1. & 2. de testum: quia succedit Episcopo in omnibus his, quæ suæ sunt jurisdictionis.

Decimò, Capitulum sede vacante potest conferre beneficia devoluta ad Episcopum, ob negligentiam inferioris, puta prælatus inferior habens potestatem conferendi beneficia, non contulit infra semestre, tunc potest capitulum sede vacante, illud conferre, similiter à Suffraganeo ad capitulum Metropolitanum, ita firmat Gem. in c. quamquam, ver: sed querit tunc, ex Io. And. de elect. lib. 6.

Undecimò, An valet consuetudo, ut quis canonicus non lucretur massam communem, nisi vel sit actu sacerdos, vel nisi deseruit per tantum spatium temporis, puta triennium?

Respondeo primò, prout in 1. p. ver. canonica, §. 6. ubi non satis hoc laudatur, secundò, quòd valet. prout Gem. in c. cum ex eo, §. et apso, ver: per promissa, de elect. lib: 6. & ita est in Ecclesia mea Minorensi, Ravelli, & in quibusdam aliis.

C A R C E R.

AN liceat aufugere è carcere, licet sit iuste, vel iniuste captus, etiam aperto ostio, & timenti iustam iudicis sententiam, vel metu infamie, moriatur fame, vel metu tormentorum, aut mortis crimen sibi ipsi falsum imponere propria confessione, vide Cov. lib: 1. cap. 2. var: resob.

CASUS IN QUIBUS, &c.

Mulier vocans dæmonem ad luxuriam, & ille veniens, jubet ei, ut sputet in crucem, illa timore dæmonis correpta de hoc sputit in crucem, an sit hæretica. Quod non tenet Afflic. in constit. in consutilem, nu: 1 & ex Raim. in Sum: & Pifa. & D. Tho. 2. 2. quæst. 12. & quæst. 24. tamen vide superius in ver: casus in quibus, in §. dæmones. nam invocatio plus dicitur, & Symancam de cathol: instit. tit. 17. n. 43. & infra.

CEDULONES.

Cedulones non possunt affigi cum pistoris dæmonum. Pius IV. Bull: 74. quæ incipit, Inter, & quando sint affigendi, vide in ver: appellatio, §. 4.

CENSUS.

PRimò, si Ecclesia non habet instrumentum exequutionum contra censuarium, quid remedij erit, ut possit singulis annis exigere canonem suum via executiva? Datur ab Afflic. in const.